






LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS
Emblems
3





Rare


IACOBI BORNITI·I.C.
EMBLEMATUM
SACRORUM ET CI=
VILIUM MISCEL=
LANEORUM
Sylloge Prior.
HEIDELBERGÆ
Apud Clementem Ammoniũ
Academice Bibliopolam.
A°.C.MDCLIX.
DIVIDE ET IMPERA.
ANIMORUM DIVISIO, BELLORUM SEMINARIUM.
NULLA SALUS BELLO.
FICTUS AMICUS, HOSTE NOCENTIOR.
MALE DIVISA, MALE COEUNT.
PAX DOLOSA, BELLI FOMES PERENNIS.
FLET VICTUS, ET VICTOR NON LÆTATUR.
TANDEM BONA CAUSA TRIUMPHAT.
VIRTUTI CEDIT IMPROBITAS.
OSI RIS
IMPE RIUM
TY PHO
PUBLICA TRANQUILLITAS.



CLEMENS AMMONIUS,
HEIDELBERGENSIS ACADEMIÆ BIBLIOPOLA ET CHALCOGRAPHUS, BENEVOLO LECTORI SALUTEM.

INter nobiliora humani ingenii pægmata, quæ fervidos doctiorum oculos occupare solent, non infimum sibi locum vendicant vatum monumenta, quibus non famæ solùm suæ æternitati litant, & opus ære perennius construunt,

——quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas; sed magnorum quoque Heroum nomen indelebile reddunt, & suis Virtutem coloribus pingentes, tetram scelerum faciem indignante stimulo perfodiunt, eoque Apollinis solium fortissimè statuminant. Primam verò Laurum, quæ novi hujus ædificii postes exornet, à veneranda antiquitate petere convenit. Oraculum enim datum ab Israële carmine compositum fuisse, Hieron. in Epist. ad Eustoch. de Virgin. Serv. aliique SS.

Patres arbitrantur. Moses magnus ille Hebræorum Imperator, cùm ex Ægyptiacâ servitute populum educeret, & mare rubrum cedentibus aquis esset transgressus, divino Numine afflatus hexametrum carmen edidit, (si Flavio Josepho credimus) ut Deo Jehovæ gratias ageret. Sic Regius Propheta David vario metro hymnos composuit, cujus Psalterio nil reperire est canorius, quod in morem Flacci & Pindari nunc Jambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc alio pede graditur. Quid Deuteronomii & Esaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? quid perfectius Jobo? quæ omnia hexametris & pentametris, aliisque metris composita decurrunt.

Homeri quinetiam, Maronis, Pindari, Nasonis, Hesiodi, ac Senecæ carmina, quis quæso mortalium, nisi Virgilianis bubsequis agrestior sit, summo sine stupore unquam legit? ut non abs re versus soluta oratione efficaciores esse tradat Seneca, & Poëtas philosophorum cunas appellet Sarisberiensis. Nemo tamen Poëtas inter virtutis studium dulcius instillat, nec culpæ fugam acrius persuadet, quàm qui Poësin tacentem ac Picturam loquentem cum Simonide conjungunt,

gunt,

gunt, & sapientißimos animi sensus aliorum Oculis allinunt.

Hæ certè oblectationes illarum de genere sunt, quas Romanus sapiens Epistola 58. laudaturus, Quemadmodum, inquit, cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit, atque avocat & ut dici solet pascit, sic nos animum aliquando relaxare debemus, & quibusdam oblectamentis reficere: sed ipsa oblectamenta opera sint, è quibus, si observaveris, quod salutare sit invenies. Ut enim oculo, inquit Plutarchus in Pericle, is demum gratus est color, qui floridus simul & amœnus, recreat alitq; visum: ita mens ad illa deducenda spectacula est, quæ oblectando ad propria ipsam alliciant bona. Cùm igitur ea sit Emblematum natura, ut similitudine quadam ad alia, quàm quæ sensui exteriori offeruntur, intelligenda trahant mentes nostras, ipsæque Sacræ Literæ parabolarum plenæ sint, inibique nos ad formicas, ad locustas, ad araneas, ad agrorum lilia & aves cœli, prudentiamq; serpentum columbarumque simplicitatem ablegemur; egregiam certè operam hic præstitit Bornitius, qui celeberrimus Jureconsultus sacra politicis maritando, omniáque cogitata sua alio-

rum

rum felicitati applicando, tantæ eruditionis ac pietatis memoraculum hic reliquit; ut hoc aliáque ejus Scripta nemo Eruditorum non exosculetur. Tantâ igitur felicitate ut solidè tibi frui liceret optimè Lector, nulli vel curæ vel sumptui peperci, eóque quem vides nitore singula exhibui: tuum erit labores meos benignè amplecti, & ad aliorum quoque Opera pari studio fovenda me proritare. Sed quò progredior, quæ finis, quis modus, & calx? Vale & vive.







EMBLEMATA SACRA.

Est Deus, eſse ſuum, noſcendus Trinus et unus:
Prende fide, humanâ quod ratione nequis.



Das Gott im weſen eins vnd dreÿ:
Der glaub begreifft: kein Phantaſeÿ.



In Domino ſumus, et nos vivimus, atq; movemur.
Spiritus hic radijs omnia lucis agit.



Von Gott das weſen vnnd das lebn /
Iſt aller ding / vnnd das bewegn.



Iactatur mundi medijs Ecclesia in undis,
Sed tamen in portum ducit agetq; DEUS.



Die Kirch treibt hin vnd her der Nordt /
So doch GOTT führt / zur ruh vnd Port.



Non venit ad patrem nisi quem Pater attrahat ipse:
Nostra Dei est manui subijcienda Salus.



Niemand zu Christo Jesu kompt /
Den nicht der Vatter zeucht vnd nimpt.



5.

Ad verbi sonitum divini rarus anhelat;
Pars potior, mundi delicias sequitur.



Viel sind beruffn / wenig erwehlt /
Der meiste theill folgt lust der Weldt.



Patria non nobis heîc est; quærenda supernè
Hanc pete, sustuleris si grave Carnis onus.



So dein wandell im Himmel ist /
Des Fleisches bürd leg ab / zurüst.



7.

Quid mihi cum vanis theſauris? Nam cor ibidem
Est ubi theſaurus. Chriſtus, in arce poli.



Mein Schatz im Himmell droben ligt /
Drumb ſich dahin mein Hertz ſtets wigt.



8.

Deficit humanum, ne defice, quando levamen:
Nam Deus ultra hominum suggerit unus opem.



Wenn Menschen Rath all hat ein Endt,
So kombt denn Gottes hülff behendt.

Crede tibi noceat nec terra, nec unda, nec ignis,
Si tibi naturæ Rector et Autor adest.




Auch vber die Natur hilfft Gott /
Wenn sonst kein Rettung ist aus nott.



Viq; dolisq; strophas nectit, sine fine, Tyrannus:
Sed tragicam metam non superare valet.



Tyrannen wüten eine zeit /
Ihr Lohn ist / Hell vnnd Hertzenleidt.



II.

Quisnè Aquilam excelso fore credat in æthere tutam?
Et tutum quem alis fert Deus ipse aquilæ.



Vff Adlers flügeln dich Gott fürt /
Das dich kein gfahr / noch leid berührt.



12.

Tum Domino ſervire tenetur et ignis et æther.
Eripere ærumnis cum volet ille ſuos.



Aus waſſer vnd aus feuers Nott/
Vber vernumfft errettet GOTT.



13.

Cor Regis in manu Dei est,
Is flectit illò, quò velit.



Der Menschen hertz in Gottes handt/
Wo Er hin wil/ dahin ers wandt.



14.

Sortes homuncio jacit,
Dei sed ad nutum cadunt.



Die Menschen werffen zwar das Loß/
Nach Gottes willen felt es bloß.



EMBLEMATA PROFANA.

Non mihi Relligio cordi est, sed amor regionis;
Nimirum Regio in Relligione latet.



Der Soldat list *Religion*,
Vnd doch nur meint die *Region*.



16

Aëra quod lustras pedibus lustravimus Vnos,
Nunc scipione fultus vix solum peto.



Auff deinen Standt trotz nit so sehr/
Was du bist/ bald kanst nit sein mehr.



Ignis aquæ vires, vice mirâ, aqua concipit ignis:
Mutua naturæ ſemina quæq; gerunt.



All ding einander ſind verwandt/
Drumb eins dem andern reicht die hand.



18.

Impatiens consortis Amor: Sic turturis instar,
In morte ac vita Tu mihi sola places.



Die Liebe kein Mitesser duldt /
Ich dir/ du mir/ allein sind huldt.



Quod rarum carum, falsum est: vulgare quod extat
Omnibus est carum; sic tibi ut ova probant.



Was ist gemeiner als ein Ey /
Und doch sein nutz ist mancherley.



Innumeros numerus numeros numerabilis edit;
Cantio ceu miris fert variata modis.



In der Musik groß gheimnuß stickt:
Das der Tausend nicht eins erblickt.



Esse Suum, et vivum virgo retinebit honorem;
Devirginata hunc perdidit.



Die Ehr des Menſchen leben friſt/
Ein Menſch/ ohn Ehr/ des Todes iſt.



Et faciles flammas præsenti, ſtramen ut ignem,
In re, concipiet: sic Juvenilis amor.



Wann lieb vnd lieb beÿſammen ſind /
Bald ſich daher ein feuer entzünd.



23.

Per quod quis peccat per idem punitur et idem:
Incidit insidias quas alij peperit.



Was du eim andern böߟlich gönst/
Zum Lohn mit billigkeit empfinst.



24.

Omnes res numero, mensura aut pondere constant:
Quicquid ages, certi tramite finis agas.



All ding ihr zal, maß, han vnd gwicht,
Zum zweck dein sach mit witz anricht.



Tempora stultitiam, gravitatem sæpè vicissim
Deposcunt: prudens desipit atq; sapit.



Der Klug ist / vnd offtmals ein thor /
Der kombt itz in der Weldt empor.



Pondere te metire tuo: nec viribus exi,
Nam tibi par, vel te fortior, esse potest.



Niemand veracht / wer er sein mag /
Ein Kleiner helt offt wider wag.



Ignis ait, noli me tangere: quisquis anhelat
Exitio, præceps sponte perire solet.



Wer nach gefahr vorsetzlich ringt /
Sein Ebentheur plötzlich mißlingt.



Mens hominis lati[illegible]t. quærendo prolice vocem,
Erumpet subitò mens simulata foràs.



Ein böser Topf sich bald verräht/
Also ein Schalck sich leicht verredt.



29.

Convenit effectum Causæ, subolesq; parenti:
Quid mala ni malus, quam mala mala ferat!



Wo haut vnd haar gar nicht iſt gutt/
Wie ſolt dar werden Adlich blutt.



30.

Ne quem despectes, nocet et parviſsimus hostis,
Panicus et terror, ſæpe vel error obest.



Ein Kleine ſach / offt ſchreckt ein Mann /
Die er in wind ſonſt pflegt zu ſchlan.



31.

Optica cum radys ad [illegible]sus mille pe[illegible]grat,
Et bombarda feras eminus icta [illegible]lit.



Nicht alles vor vnmüglich halt!
Was du nit weist vnd kanst nit baldt.



Tempore *ceu belli* / *sic pacis* *sperabo tempora* *Pacis* / *Belli.*



Im Krieg zu hoffen ist der friedt /
Im Fried zu fürchten ist der Krieg.



Justo Deo sic Proditor
Est odio ceu proditum.
Et autor, acipsum malum,
Unum ferunt stipendium.



Verräther vnnd verrätherey̆n /
Sind bey̆des GOTT dem herren grewll.



Sit frons aperta, lingva parca, cl[illegible] mens:
Qui jure poſcit dicier Politicus.



Vnter dem Nam *Politicus*,
Manch Biderman viel dulden muß.



35.

Blanditur caudâ canis, et sua munia præstat,
Heri ferendo literas ad hospites.



Ein hundt sein herren meint mit treun/
Wie solt dan Trew ein Mensch gerewn!



Ore capit mures felis, pede captat eosdem
Catellus, hosq; devorat



Natur nicht leichtlich lest von Art,
Doch sich offt findt vf frembder fart.



Ecquis amor Russi, qui uxorem cædit amore?
Nec nisi quam plagis uxor amare cupit.



Jst das nicht torecht weiber liebn /
So man muß dicht mit schlegen prüfn.



Cui fidas, videas: tanta est simulatio secli!
Si quis ait, negat is: sin negat, ipsus ait.



Es ist nun worden gar gemein /
Betriegen Leutt / mit Mund / vnd schein.



Sæpe malum peperit mora: festinatio sæpe:
Festina lentè: sat citò pervenies.



Wer Eilt mit weil/zu recht auch kumpt/
Groß Eyl sehr offt ein mißfall nimbt.



40.

Quid Germana fides, quæras? en dextra vitrumq́;:
Dextra fidem stabilit, Constabilitq́; merum.



Der Teutzschen treu/ mit hand vnd wein/
Müß stets/ beim trunck/ bestetigt sein.



41.

Quid juvet iratos, et quid juvet esse minaces!
Contra hostis vim nil ira minæq; valent.




Ein grosser Zorn / so ohne macht /
Von Jderman wird recht verlacht.

L



Arma Juvant leges:
Leges arma Juvant.



Gesetz vnd waffen wohl beÿsammn/
Sich fugen vnd an ander hangn.



Qui ſolis oculis alienis Cernit, et audit
Auribus, atq; animo Consulit, is miſer est.



Das iſt gewiß ein Elend Mann
Der frembden Rath ſtets flehet an.

44.

Sufflatis caligis mediis incedit in undis,
In terrâ pedibus, qui modò fecit iter.



Kunst der Natur offt ahmet nach/
Was nit Natur/ die Kunst volbrach.



45.

Qui manibus mancus, naturâ ſcribere neſcit,
En pedibus lepidum ſcribere diſcit opus.



Was offt die Natur nicht vermag /
Gewohnheitt entlich bringt an tag.



Quin quod ludentem, lapides talosq; moventem,
Vidisses pedibus, quæ manibus caruit.



Gewonheit auch vielmahl ersetzt/
Was in der Natur ist verletzt.



47.

Materiem natura rudem producit, at arte
Corpus Vulcanus spirituale parit.



Kunst offtmals vbertrifft Natur/
Vnd bringt ein ding Suptil herfur.



48.

Errat qui nuper putat adventaße spagirum,
Corpore in humano prisca chymia latet.



Die Chimisch kunst ist alt/ nit New/
Jns Menschen leib stickt ihr gebew.



Ex cinere illustre est vitrum, vi flantis et ignis,
Corpora quid ni olim splendida nostra forent?



Materi/Kunst offt vbertrifft/
Aus schwartzer Asch/ hel glaß zuricht.




50.

Omnia vincit Amor, sed tandem somnus amorem,
Fortius imperium somnus amore gerit.



Amor nicht alles vberwindt/
Der starke Schlaff stürtz Venus kindt.





IACOBI BORNITI I.C.
EMBLEMATUM
SACRORUM ET CI=
VILIUM MISCEL=
LANEORUM
Sylloge Posterior.
HEIDELBERGÆ
Apud Clementem Amonium
Academiæ Bibliopolam
A.C. MDC L IX.
VIRTUTI FORTUNA COMES.
ORA ET LABORA.
PRÆSTANT ÆTERNA CADUCIS.
RESPICE
DESPICE
MORS LILIA SENTIBUS ÆQUAT.
AD ISTAM, PER ISTAM.
PŒNARUM IMMISSIO.



I.

SYLLOGE ALTERA EMBLEMATUM SACRA.

Corda ferit verbo patulas resonante per aures,
Perq; oculos signis pectora fida movet.



Durchs wortt und zaichen wirdt regiert
Die Kirch/ das sie Gotts krafft verspürt.



2.

Vt vigilent homines de nocte, dieq; laborent.
Ni DEUS adspiret, nil labor omnis erit



Wo GOTT sein gnade nit verleit /
Vergebens müh ist / vnd arbeitt.



Vindicta competit mihi,
Quâ par resarciam tibi.



Die Rach dem Herrn allein befihl,
Zu seiner Zeitt vergelten wil.



Lex immota Dei est, non hac, nec flectitur illâc,
Addere cui quicquam, vel demere grande nefas.



Vnwandelbar iſt Gotts Geſetz/
Drumb nichtes darzu/ nichts darvon ſetz.



5

Fortuitum in mundo nihil est: Deus omne gubernat.
Et quod fortuitâ vi cecidisse putas.



Nichts in der Welt ohngefehr gschicht/
Durch GOTT das glücke steht vnd bricht.



Quid dubitas, olim quod corpora nostra resurgent?
Defuncto ex grano florida vita redit.



Was Neugeborn wider soll werdn /
Muß zuvor sterben in der Erdn.




7.

Qui cupis in vitam cœlorum pergere, priſci
Linque homi[illegible] non indue, ſchema novi.



Wer wandern wil ins Neue lebn/
Der muß die alte hautt ablegn.



8.

Solis ad aspectum si acies mortalis deficit:
Enthea scrutari mens tua cæca nequit.



Der Irdisch Mensch gar nichts versteht /
Was in des Geistes Krafft besteht.



9.

En quale ante oculos! cum sæva podagra dolores
Elicit, et planctus ignibus usta suis:



Wer allhie leid die brunst der Gicht/
Darf leiden dort kein fegfeuer nicht.

C.



Arguit en culpæ, Cor idem argutam probat, atq;
Judicat et damnat, plectit et exequitur.



Wer sündigt/ hat in seim gewißn/
Den Kläger/ zeugen/ vnd Schultißn.



II.

Qui ditat Deus est, Deus est qui pauperat idem,
Seu bona seu mala sint, fecit in urbe DEUS.



Das gutt vnd böß der herr bereit/
Zur gnad/ vnd straff/ in grechtigkeitt.



Ne tenta Dominum, conceſsis utere cauſis;
Audacem infelix exitium ſequitur.



Auff deinen wegen ſoltu gehn /
So wird dich kein vngluck beſtehn.



13.

Et terra, et Cæli, vel in his quæcunq; peribunt,
Vox tua in æternum [illegible]ia, Jehova, manet.



Daß Wort des Herrn ewig bleibt /
Ob Himmel vnd die Erde vergeit.




14.

Qualis amor Christi in nos te Gallina docebit,
Quæ generat pullos, educat, atq; fovet.



Die Glockhen/mit ihrn Küchelein/
Christi lieb gegn dir zeiget fein.



15.

Caſsus amor nihil est, quiá enim ſiné fomite flāma:
Frustrà est, invitâ ſi quis amat venere!



Lieb haben / ſteht eim ieden freÿ /
Ob gleich kein gniß vnd gwin darbeÿ.



16.

Qui veritatem prædicat,
Tandem misellus vapulat.



Wer will eim andern ſagen wahr/
Daruber geret in gefahr.



Hart alſs ein Stein iſt/ der nicht Jung liebet in Ehren/
Froſtiger alſs Eyß iſt/ der keine wärme ſehett.



Wer nichts von Menſchen liebe weiß/
Ein Stein iſt/ oder Kaltes Eyß.



18.

Post venerem triste est animal, ſed regula paucis
Stringitur exemplis, quod tibi ſchema refert.



Nach lieb/ kombt Leidt:
Trauren nach freudt:



19.

Quid rem ſcire iuvat, niſi ſcis quo tempore agendá,
Prudenter, quo ſit res quoq; tuta loco.



Viel wißen/vnd nichts recht verrichtn/
Iſt Narrenwerck/vnd vnnutz dichtn.

Fortiter ut quid agas, nisi agas prudenter idemq;:
Pondere in exitium præcipitatur onus.



Macht / ohne Raht /
Zu Trümmern gaht.



Mirâ naturæ vice fœmina masculus extat,
Et quæ sponsa fuit, Jam tibi snonsus erit.



Offt die Natur was Neues bringt /
So die vernunfft vnmöglich findt.



Maturè sapiens trutinat, citò perficit, at post
Actûs, Consilium concipit insipiens.



Ein weiser zuuohr alls erwegt /
Ehe er das werck mit ernst anfeht.



Multa negat Ratio: at vera Experientia monstrat,
Sæpe hominem Causæ, re sibi teste, latent.



Erfahrung offt ein werck darreicht /
So die vernumfft mit nicht ergreifft.



En vapor ignivomus rupes clam rumpit et arces,
Millia quas equitum vincere non poterant.



Ein feind braucht vortheil/oder macht/
Drumb weißlich nim dein sach in acht.



Quos vis insanos domat haud privata parentum,
Hos labor emendat publicus, atque fames.



Durch hungers zwang vnd durch arbeit/
Zur Frömmikeit komn böse leütt.



Alata inventa est mola corpore mobilis olim:
Corpore iam immota est, mobilis at capite.



Von alters lang erfunden/
Sich endert nit zur ſtunden.



Nec rubor, aut pallor cohibet me dicere verum ,
Vel diviti vel Pauperi .



Ohn ansehen der Persohn
Ich red, vnd Niemand schon.



28.

Nec quicquam invidies oberit, cui fata favendo
Prosunt: quod Dij dant, nemo vetare potest.



Was dir GOTT gan/
Nimbt dir kein Mann.



Non lambente boves linguâ, sed calce resistunt,
Frustrá etiam imbellis bella repellit homo.



Es ist schwer wider gwalt zustrebn/
Vnd sich gegn grossen macht erhebn.



Quid jactas vires animi? quid acumen adoras?
Nemo sibi satis est: Rex eget ipsus ope.



Ohn gutten Rath nichts solt anfangen/
So du wilst gluck/ vnd Sieg erlangn.



31.

Quàm fragile est fortuna bonum! ſic molle repentè
Frangitur ut vitrum! Proh male fida Dea!



Ah gluck vnnd glaß,
Wie bald bricht das.



32.

Heu quam vanus amor! Cui nunquam fidere tutum,
Fit cito cæcus amor, vanus abitq; cito.



Lieb ist ein Licht /
So bald verblicht.



Judicio ingenioq; valet raro unus et idem:
Ingenio ſua vis: Enthea Judicio est.



Witz vnd verſtandt /
Selten Verwandt.



Et iusta causa, paribus quoq; cominus armis,
Vim vi licet repellere.



Gewalt vertreiben mit gewalt /
Im Rechten hat sein gewiß gestaldt.



33.

Kipper vnd Wucher sind fast gleich/
Ein Jder mit betrug wird reich.



Wer Roß vertauscht/ Vnd wahr verkaufft/
Gut geldt begert/ Im gringen werdt/
Höher im Preiß/ Als er selbst weiß/
Ist das nicht Kippn/ Vnd gferlich wippn/
So ist es doch gleich wuchers griffen.



36.

Fabricat ex uno fraudando stellio nummum,
Centena: heu tanti lucra nefanda mali.



Aus einem Thaler hundert macht /
Ist das nit list / vnd btrug verbracht.



37.

Et canis et felis concordia rara: sed ambo
Sæpe ſolent rixas diſsimulare foris.



Schimpf vnd Ernſt kombt oft zuſam̃n /
Biſtu Klug laſz dich nit fangn.



Moris erat ſaltare ſolo, ſed videris ecce
Jam ſaltare ſalo, per glaciem Batavos.



Der furwitz hat viel luſt erdacht /
Auch offt in gfahr vnd ſchaden bracht.



39.

Vana est imaginatio,
Scopum Jehova dirigit.



Die Menſchen ihn furſetzen viel/
Dehn doch ſteckt Gott einander Ziel.



De frÿhit beter is dan gold /
Segt voglicken / end floch ind hold.



Wormit kanſtu ſchätzen freÿheit?
Den vnerträglich dinſtbarkeitt.



Somnia portendunt, et vana sophismata multi,
Queis mola rem populi promovet una magis.



Ein handwerck frombt viel mehr der Stadt,
Dan Sophistrey, so kein nutz hat.

l




42.

Ut moriar vivo, moriorq; ut postmodo vivam;
Nam Cinere exusto mox redivivus ero.



Das Ich sterb / leb Ich /
Das Ich leb / sterb Ich.



43.

Incassum irritas catulo latrante, Leonem;
Facto opus est, quoties nil ubi verba valent.



Viel worte nichts thun zu der sachn /
Die That die muß das werck verschafn.

Munia sic quisquis peragat sibi Credita vitæ,
Mors donec ſolvat feſsa laboris onus.



Ein Jeder bleib in ſeim beruff,
So wird Er ſterben mit behuff.



45.

Principium trinum est, quó cuncta creata ligantur:
Si dubitas, faciunt hæc reſoluta fidem.



Das alles ding beſteht vf dreÿ/
Das Putterfaß dir zeigt hierbeÿ.



46.

Nocte dieq́; ſerit lites Plutonia Coniunx,
Anne verò hæc purgans ſcæva sit ignis anus?



Das mag auch wohl ſein ein fegfeur/
Ein alt weib keiffend/ ohne ſteur.



Aetas quæq; vices habet et sua temperat acta,
Præferat inventis ut meliora bonis .



Wer etwas beßers heut erfindt /
Billich das lob vnd vorthel gwint .



Sæpe parit petulans languorem lingua: quid ergo;
Lingua doles, quum tu causa doloris eris?



Ein böse Zung / viel böses stift /
Doch mit ihr gift / sich selbst vergift.

49.

Cernis in Exemplis, Hecubam quam duxit Adonis;
Si placidè et bene vis nubere, nube parj.



Deins gleichen nim dir zu der Ehe /
Sonst haben wirst vnruhe / vnd wehe.



Sæpe etiam est fatuus, vel simplex pusio vates:
Abdita cum Fatum vera aperire volet.



Narren vnd Kinder sagen wahr/
Was finster ist/ wird durch sie Clar.



